



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 59. S. Fulgentius in Siciliam navigat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. aurum, quod Abbas Felix projecerat,  
A. C. 506. repererunt, & laudantes Deum ad suos  
 reversi sunt. Hujus facti immanitatem  
 fama Carthaginem detulit, nam urbs  
 Sicquensis in Provincia Proconsulari si-  
 ta erat, & quidem Episcopus Ariano-  
 rum, qui S. Fulgentium, & nobilissi-  
 mum Genus, noverat, castigasset Pres-  
 byteri sui improbitatem, si Fulgentius  
 permoveri potuisset, ut eum accusaret;  
 sed amicis, ut id faceret, instantibus  
 dicebat: *Non licet Christiano in hoc*  
*mundo vindictam quærevæ. Dei est, fa-*  
*mulos suos tueri. Res forte multis scan-*  
*dalum pareret, si viderent hominem Ca-*  
*tholicum, & Monachum, coram Episco-*  
*po Arianorum Actionem movere.* Ex  
 illa tamen Provincia discesserunt, cum  
 mallent inter Mauros, quam Arianos  
 fortunam experiri. In locum Patriæ  
 suæ vicinum reversi novum Monaste-  
 rium fundarunt.

## §. LIX.

*S. Fulgentius in Siciliam na-*  
*vigat.*

**H**aud multum temporis effluxerat, cum  
 S. Fulgentius, Monachorum in Æ-  
 gypto vitam admirans, quippe Institu-  
 tiones, & Collationes Cassiani legerat,  
 illo

c. 12.

illo migrare statuit, partim quod mune-  
 ri Abbatiali renunciare, & sub Obedien-  
 tia esse, partim quod magis rigidam vi-  
 tæ rationem amplecti cuperet. Itaque  
 Carthaginem se confert cum Monacho,  
 cui nomen Redeptus, & Navi se com-  
 mittit Alexandriam petiturus. Cum Sy-  
 racusas appulisset, hospitem excepit Eu-  
 lalius Episcopus, qui multis ornatus vir-  
 tutibus Institutum Monasticum amabat,  
 habebatque suum Monasterium, in quo  
 omne tempus, quod a Functionibus su-  
 pererat, transigebat. Is S. Fulgentium  
 magna quidem charitate, sed tanquam  
 vulgarem Monachum, in ædes admisit;  
 verum inter vescendum pro Episcopo-  
 rum mensæ assidentium more de Rebus  
 divinis sermo misceretur, ubi Eulalius  
 S. Fulgentium loquentem audivit, sta-  
 tim cognovit, sub simplicis Monachi spe-  
 cie magnum Doctorem latere.

Sæculum VI.

A. C. 506.

Dum surgunt a prandio, Eulalius  
 Fulgentium vocat, & intellecta itineris  
 suscepti causa, inquit: *Laudari merevis,*  
*quia vitæ perfectionem quæris. Sed si-*  
*ne Fide impossibile est placere DEO.*  
*Regio illa, quo tendis, a S. Petri Com-*  
*munionem separata est, & omnes hi Mo-*  
*nachi, quorum admiramur abstinentiam,*  
*tecum non communicabunt. Revertere,*  
*Fili*

Sæculum VI. *Fili mi! ne in periculum mittas Fidem*  
 A.C. 506. *tuam. Mibimetipsi adhuc juveni, ante-*  
quam Episcopatum suscepissem, idem ac  
*tibi modo in Ægyptum migrandi consi-*  
*lium fuit, & eadem causa deterruit.*  
 Morem suadenti gessit S. Fulgentius,  
 consensitque, ut aliquot menses Syra-  
 cuscis maneret. Tunc S. Fulgentius in  
 ædicula, ab Eulalio sibi concessa, etsi si-  
 bi ipsi arcta annona præberetur, peregri-  
 nos recreare cœpit, quod Eulalium ad-  
 miratione implevit, & gaudio.

c. 13.

Ubi hyems transiit, S. Fulgentius i-  
 tinere terrestri Siciliam pertransiit, ut  
 inviseret Episcopum Africanum nomine  
 Rufinianum, qui Persecutionem fugiens,  
 in exiguam Insulam se receperat, & ibi  
 Monachi vitam ducebat. Cum virum  
 hunc invenisset, eum quoque super iti-  
 nere in Ægyptum suscipiendo consuluit,  
 qui etiam nullatenus id consilii appro-  
 bavit. Itaque Fulgentius, antequam re-  
 diret in Africam, oblata occasione uti  
 voluit, & ad Limina Apostolorum pro-  
 ficisci. Illuc pervenit eodem tempore,  
 quo Rex Theodoricus, nempe anno 500.  
 dum tota Civitas lætitiâ profitebatur.  
 Præsens quoque adfuit orationi, quam  
 Rex coram Senatu, Populoque pronun-  
 ciavit, tanta, quanta illis temporibus  
 Roma

Roma valebat, Pompa. De hoc Spe-  
 ctaculo S. Fulgentius ad Fratres, qui i-  
 psam comitabantur, dixit: *Quanta pul-  
 chritudine Cælestis Jerosolyma fulgeat,  
 necesse est, dum tantus terrestris Romæ  
 est splendor! si tantus honor in hoc Mun-  
 do vanitatis amatoribus conceditur, quan-  
 ta erit Sanctorum, qui veritatem contem-  
 plantur, Gloria?*

Sæculum VI.  
 A. C. 506.

In Africam reversus, novi Monasterii  
 Fundator extitit in Provincia Byzacena,  
 largitionibus cujusdam nomine Sylve-  
 stri adjutus, ibique magno Monachorum  
 numero præfuit. Rursus autem solitu-  
 dinis amore ductus in alio Monasterio in  
 aliqua Insula posito se abscondit, ubi ma-  
 jori rigore antiqua Disciplina observaba-  
 tur. Ibi ut simplex Monachus versa-  
 tus est, manu sua libros describens, &  
 ex Palmarum foliis conficiens flabella,  
 mitigando calori in fervidis plagis ne-  
 cessaria. Interim Abbas Felix, & Mo-  
 nachi ejus, cum explorassent, ubi Ful-  
 gentius degeret, Faustum Episcopum  
 coegerunt, ut sibi eum tanquam Mona-  
 chum suum reposceret. Quamprimum  
 Fulgentius rediit, eum derepente Pres-  
 byterum ordinavit, ne amplius vel Mo-  
 nasterium relinquere ipse posset, aut in  
 alia Ecclesia ordinari. Nam fama viri  
 totam

Sæculum VI. totam Africam pervaserat, fuissetque in  
A. C. 506. Episcopum postulatus, si Episcopos ordi-  
 nare tunc licuisset; illo enim id con-  
 tigit tempore, quo Trasamundus Epis-  
 copos ordinari vetuerat. Sed hoc ipsum  
 Mandatum Fulgentio, populorum desi-  
 derium non ignoranti, maximopere pla-  
 cebat. Postea sciens, Episcopos decre-  
 visse, ut hujus Legis nulla habita ratio-  
 ne ordinarent, tanta industria se oocul-  
 tavit, ut inveniri non potuerit, & post-  
 quam in pluribus locis fuisset electus,  
 Fideles coacti fuerint alium eligere.  
 Tandem ubi rescivit, plurimis Cathe-  
 dris Episcopos fuisse datos, & neo-Ele-  
 ctos ad Exilium damnatos, credidit pe-  
 riculo se defunctum, & ad suum Mona-  
 sterium rediit.

## §. LX.

*S. Fulgentius Episcopus.*

**C**ivitas Ruspensis necdum Episcopum  
 habebat ob ambitionem Diaconi,  
 nomine Felicis, cui sat virium erat, ut  
 Electionem alterius impediret, sed nulla  
 merita, propter quæ ipse eligi posset.  
 6. 17. Optimi civium, quia sciebant, S. Ful-  
 gentium adhuc in Ordine Presbytero-  
 rum esse, adierunt Primatem Victorem,  
 cum Carthaginem deveheretur, & li-  
 cen-